

6
DELICIARUM
EPISTOLICARUM
FESTIVALIUM

Exercitatio Sexta

PRÆSIDE
CHRISTIANO GUEINZIO
Rectore Gymnasij Hallensis

Respondente
JOHANNES MULLERO
Hallensi Saxone

In
Festo Trium Regum

CIC. DC. XLIII.

HALLIS-SAXONUM
Typis Christophori Salfeldt.

UNIVERSITÄT
EPISTOLOGICARUM

LECTURAE
SACRATAE
P. R. S. I. D. E.

CHRISTIANO GRIFFITHO
Rectore Gymnasij Halensis

RESPONSE
JOHANNI MILLERO
Helleni Saxonis

In
Festo Trinitatis Regni
CIS. DE. X. III.

HALENSIS SAXONIAE
Typis Christophori Hoffmanni





EPISTOLÆ

IN

FESTO TRIUM REGUM

ANALYSIS

Ex Esa: 40. à v. 1. usq; ad 7.

THESIS I.



Salomon ubi Rex factus 2. Chron. 9, 1. Regina Saba venit ex dissitisimis locis, uti & alij magni nominis viri, qui ad ipsum inviserunt cum muneribus. Et ecce plus quam Salomon, uti habetur Luc. 11, 31. Jesulus est! Quid ergo miramur si & alij, sive Reges dixeris, sive Magos ad ipsam invisant, eiq; munera offerant sua secundum vaticinium Ps. 72, 10. & 11. Ita certe excitati veteris Ecclesie pij per stellam de qua vaticinatus est Moyses Num. 24, 17. per prophetiam Esa: 9, 6. Esa: 49, 22. 2. Uti verò illos, ita nos quoq; veneranda an-

) (2 ii-

liquitas per hodiernam Epistolam, qua desumpta
pta est ex Esa: 60, à v. 1. usq; ad 7. excitare
voluit. Quippe in ea habetur tum de Messia
exhibiti ratione, ubi præmittitur partim a
mica exhortatio à facili per præparationem
v. 1. Cujus notanda est materia, quod tum
sit surgendum; surge. Quia enim hætenus
Sion & Jerusalem, quam alloquitur spreta
jacuit, jacuit & à variis hostibus conculcata fuit.
Magno ergò clamore in altum sublato, ut in-
quit Cyrillus in hoc caput, quasi gratulabundus
clamavit, ut surgat à miseria atq; tristitia,
quam sustinuit in captivitate Babylonica. 2.
Paral. 36, 17. ad lætitiã Esa: 51, 17. à mali-
tiã ad vitæ sanctimoniam, ab inscitiã ad Mes-
siae notitiã.

3. Non enim ista verba intelligenda tantum
sunt de prosperitate ex captivitate Babylonica,
quia illi reduces nunquam fuerunt in tantã fe-
licitate ut prius; neq; enim dilatatum fuit cor;
neq; fortitudo gentium venit; neq; oppugnarunt
filii peregrinorum muros; neq; aperte sunt por-
tae jugiter; neq; gentes servierunt ipsis, sed potius
factum est contrarium, uti monet Lyra: Ideoq;
de Novi Testamenti gloria & adventu Messie
in carnem, ejusq; inter omnes gentes prædicati-
one sunt intelligenda verba illa. 4. Et

4. Et quod lumen recipiendum, illuminare.
Hoc enim est illuminari dum tenebrae erroris & in-
cestitiae expelluntur, dum vera & magna ve-
nit lux Iob. 1, 9. ut quae illuminat omnem homi-
nem, quippe est gloria DEI & splendor gloriae
ejus Hebr: 1, 3.

5. Tum causa impulsiva in genere adventus:
quia venit uti testatur Ps. 40, 8. Iob. 1, 14.
Non enim, uti Kimchi meminit, verbum hebra-
icum, ba significat hoc loco occidere, uti
Gen. 28, 11. Sed venire: nempe nos non prio-
res venimus, sed Christus ipse ultro & ex me-
ra gratia postquam venit plenitudo temporis
Gal. 4, 7. venit; & quidem non simpliciter, sed
efficaciter ut opus redemptionis perficeret que-
madmodum usurpatur 1. Iob. 4, 2.

6. In specie lucis radius. Venit enim lumen
id est Christus Jesus: qui talis dicitur ratione
promissionis Gen. 22, 18. Ratione incarnationis
Num. 24, 17. Et ratione illuminationis, uti &
Hieron. & Cyrillos ita interpretantur. Non
verò liberationis beneficium intelligitur ex ca-
ptivitate Babylonica, uti Caspar Sanctus in
hunc locum, propter rationes supra laudatas.
Et additur Lumen ut nos magis excitet, cujus
enim lux venit, ille merito surgit.

7. Et gloriae Domini exortus. Dicitur verò

gloria Domini *Christus* ratione essentia *Heb.*
1,3. *Iob.* 1,18 Et *Cyrillus* inquit: *Christus* est glo-
ria Dei: in ipso enim per ipsum & cum ipso glori-
ficatur. Et ratione efficientia: Et quia glorifi-
cat Deum per publicum bonitatis & voluntatis pre-
conium *Matth.* 5, v. 25. *Luc.* 6, 37, *Iob.* 6, 40. Denique
gloria est per promptum ad mortem crucis obsequium
Phil. 2, 8. fideles adoptando *Iob.* 1, 12. Coronam glo-
ria ornando *Rom.* 8, 18. Orta autem dicitur, quia
antea in tenebris sedebant & in umbra mortis
Luc. 1, 79. Modò lux lucet in tenebris *Iob.* 1, 9.
8. Et per declarationem quoad cum gen-
tilium cæcitate collationem, v. 2. In quo
gentilium statum, de quo partim præmitti-
tur vocula excitationis Ecce. Et summa
tum generaliter, quod tenebræ operiant ter-
ram, per quas intelligit extremam Dei & ve-
re justitiæ ignorantiam secundum *Lyrum*.
9. Et specialiter, quod caligo operiat po-
pulos: per quam lucis Evangelicæ denotat caren-
tiam quando tempore Christi in mundum non-
dum nati omnes gentes adhuc in cæcitate sua
& in veritatis caligine versabantur *Eph.* 4, 18.
10. Et *Israëliitarum* fatum quod super
eos oriatur *Jehova*. Nempe per incarnationem
dum sola *Judea* & in ea cum primis creden-
tes præsertim *Jerusalem* & *Sion* luce magna
fruebatur *Iob.* 20, 5. Et quod gloria videat

tur: Quia Christus inibi natus; & is populus
beatus fuit præ omnibus aliis hâc prerogativa,
ut ex ipso nasceretur mundi Salvator quod Pau-
lus celebrat Rom: 9, 4. & 5. Chaldaeus illud
super te oritur transfudit ita: in te commora-
bitur divinitas Domini seu habitabit, ut notan-
ter eâ voce usus Iob. 1, 14. Ergo cum lux ve-
nerit, in luce ambulandum Eph. 5, 8. Iob. 12, 35.

11. Partim exponitur de gentium ad Ec-
clesiam Christi vocatione: ubi occurrit pro-
positio partim generaliter continens genti-
um in lumine ambulationem v. 3. In quo
notatio quod ambulaturæ sunt, nempe con-
verse gentes secundum prophetias ubiq; celebra-
tas. Quis enim ignorat illud Ps. 27, 1. vel
istud quod habetur Luc. 2, 32. quod sit lumen
ad illuminandum gentes? sic quidem leve vocat
Esa: 49, 6. ut sit servus ad suscitandas tribus
Jacob.

12. In lumine, dum dicit alloquendo Israëli-
tas: Quia ex iis factum est initium irradia-
tionis coelestis, uti ex Luc: 24, 47. manifestum.

13. Tum declaratio, quod Reges in splen-
dore ortus: ut ita non plebi solum atq; vul-
go istud officium contigerit, sed etiam Regibus
& magnatibus multis, uti & Esa; 49, 23. Ps.
47, 10. docetur; per quos tamen & omnes in re-
gnis existentes Synechdochicè intelliguntur.

14. In verbu ad splendorem ortus est hypal-
lage pro ad ortum splendoris; vel est Metonymia
secundum Chaldaeum ut omnibus ipsum lumen
ortum significet: ut & Christus lux illa mun-
di magna vocatur, lux ex alto Iob. 1, 78. Eti-
am testatur Evangelica historia dum Magi ex
oriēte venerunt & ad splendorem stelle am-
bularunt, quo Christum adorarent.

15. Specialiter continens gentium appro-
pinqnationem v. 4. In quo tum adhorta-
tio, quo leventur in circuitu oculi & vide-
atur. Scilicet provocat ipse propheta ad sensuum
testimonium ut tam oculis corporeis quam men-
tis observetur illa congregatio gentium, quae
tempore Novi Testamenti erat adimplenda;
quaeq; iam adimpleta ut non sit angulus sub so-
le ubi non annuntiatum sit Evangelium.

16. Et declaratio conjunctim, quoad o-
mnes dum congregaverunt se, non ad redi-
tum ex captivitate, uti trāstulit Chaldaeus, sed
ad Ecclesiam Christi; & dum venerunt nempe
ad spiritualem missionem. Non enim vene-
runt omnes gentes ad temporalem, dum non
amplius est neq; Judaeus, neq; Graecus, neq; servus,
neq; liber, sed omnes in Christo, Jesu unum,
Gal: 4, 28.

17. Distinctim quoad filios. Id est qui na-
scentur spiritualiter per Evangelii predicatio-

nem uti loquitur de convertente, sicq̄ est peri-
phrasia spiritualis renascētie. Quoad filias quod
de latere nutriende. Ut sic nullā sexus habitū
ratione omnes omnino vocatos esse colligatur.
Per Metaphorā vero ab infantibus ac pueris peti-
tam quod à latere seu super brachia matris ad las-
tus leniter portantur, ac educantur lacte Evange-
lii: nec enim verbum singulare est, sed irregulare
futurum in Niphal.

18. Et confirmatio petita à jucundo osten-
dens multitudinis conversionem v. 5. In
quo modus generalis contemplando, quod
sit & visura spiritualis Sion, seu Ecclesia, uti
etiam Chaldaeus vertit, cum singulari oblecta-
tione. Quemadmodum & Sanctius observat in
Esa: 53 quod saepe verbum videre adhibeatur
in laetis & felicibus eventibus hebraica phrasi
ut Esa: 53, II. 26. v. II. 66. v. 14. Non ve-
rò, ut Junius & Tremellius voluerunt, ac si
timor denotaretur, quod & Kimchi movit in
hac voce.

19. Et illuminando, quia splendebit. Hanc
enim significationem habet hoc verbum ex Chal-
dæo uti Job. 3, 4. Ps. 34, 6. usurpatur. Seu
diffluet instar torrentis prædicatione Evangelii
& celebratione Nominis divini, quæ signifi-
catio etiam convenit cum sequentibus.

20. Et specialis admirando. Præter o-

pinionem hoc futurum, quemadmodum & testatur Petrus Actorum 3, 44. Ut non sit timor propter malum, sed admiratio potius ob inopinatum. Et uti etiam Esa: 49, 21. innuitur. Et dilatabitur cor: ut gaudium eo majus denotetur in consternatione & magno terrore auditorum. In sensu enim laetitiae dilatabitur cor in 2. Corinthib: 6, 11. ut & Christus de Apostolis & credentibus loquitur Ioh. 7, 37.

21. Tum tempus, & quando conversa fuerit multitudo maris. Per quam gentes illae, quae habitant ad mare & in insulis intelliguntur per Metonymiam, non per Metaphoram, uti Junius & Tremellius volunt, quando populi farentis instar maris accedent. Et fortitudo gentium venerit. Hoc est Imperium Romanum, quod toti mundo dominatur, id quod impletum est tempore Constantini.

22. Et ejusdem venerationem v. 6. In quo antecedens continens subjectum, quod multitudo camelorum sit operrura terram: Per quos orientales & meridionales populos denotat. Et dromedarij Midian & Epha, qui nihil aliud sunt quam cameli Juniores & parvi velociores: ita dicti per Metonymiam, non per Metaphoram quia incole terre Midian & Epha sunt habentes quamplurimos. Hoc familiare verò est tam sacris quam profanis

scriptoribus, ut que vernacula sunt alicui regio-
ni, pro regionibus ipsis, tanquam ipsorum sym-
bola usurpentur. Et hec animalia velocitate sua
omnes ceteros equos anteverunt.

23. Et terminum, quod venturae de Saba.
Que est Arabia felix, cuius pars est Epba, ex
qua etiam regione fuit regina, que venit audi-
re Sapientiam Salomonis 3. Reg: 10, 1. Et
ita ex omnibus partibus mundi venerunt ad fi-
dem gentes.

24. Consequens est tum donorum ob-
latio, dum aurum & thus deferunt: uti illud
ipsius prestiterunt Magi, qui ex Oriente vene-
runt. Per aurum vero fidei puritas denotatur
ex Ps. 19, 11. 31 per thus invocatio & grati-
arum actio ex Apoc: 5, 8.

25. Tum Nominis divini celebratio: siqui-
dem & gentes sunt quasi Evangelistae Evange-
lium confitentes aliosq; id docentes & beneficia
Salvatoris grata mente celebrantes secundum
Ps. 34, 2. & 3. Ps. 39, 9. Et ita laudarunt
Deum omnes gentes secundum vaticinium
Ps. 117,

HINC NOTA.

I. Surge) Considera surgendum esse ut illu-
mineris, ut discas non dormire in peccatis, sed
surgendum ex ipsis.

II. Ambulabunt gentes ad lumen) Consi-

dera non bene ambulari in tenebris, ut discas
lucem querere Christum si vis ambulare recte.
III. Et deferent aurum & thus) Considera
non sufficere ad Christum venisse nisi quoque at-
tuleris quippiam, ut discas offerre aurum per
realem benefactionem & thura per placidam
alloquutionem.

QUÆSTIO PHILOLOGICA

Qui fuerint Magi:

Augustinus Sermone 2. Epiph. c. 10.
statuit fuisse maleficos & prestigiatores
ut & Augustinus in Tryph. Hieronymus in
Esa: 19. Vol. 5. Basilius Orat. de Christi
generat. Tom. 1. Hilarius l. 4. de Trinitate c.
1. Theophylactus in c. 2. Matth. quia voca-
bulum Magi Act: 8, 9. de Simone Mago & Act.
13, 8. de Elyma accipitur. Sic apud Syrum
etiam incantatorem significat. Chrylost. vero
in opere imperf. c. 2. T. 3. sapientes statuit.
Cyprianus Serm. de stella & Magis Astrolo-
gos estimat. Isidorus Hispali lib. 8. c. 9.
Origenum interpretes stellarum Alii ex Tri-
partita Historia l. 3. c. 2. Sacerdotes fuisse col-
ligunt ex Strabonis lib. 16. Et Coelo Rhodi-
gino lib. 3. antiquarum lectio. Verum Ma-
lesicos fuisse non probabitur: Inepti enim, qui
aut Christum quererent, & indigni, qui quasi-

rum invenirent & inventum adorarent. Astro-
logos vero & Philosophos fuisse non ineptum
est uti arbitratur Theodoricus in Postp 236.
quia ad stellam provocarunt, & ipse postmo-
dum p. 237. & seqq. non omnino negat. Nec
absurdum ex astris induci potuisse, quia ad a-
stra illi provocant, ut qui per stellam foris ad-
monuit, ille in occulto cordis nō errare permittit,
uti loquitur Bernhardus in Epiphania De
sacerdotio & philosophia nuda ipsorum merito
dubitatur: quia numerā regia obtulerunt. Re-
ges ergo fuisse, non quidem quales nostrates,
sed ē communi scripturae usū, quae unius urbis e-
tiam vocat regem, parum intererit asseverare,
quod & ipse Theodoricus concedit. In scriptura
Magi dicuntur, quia honoratior titulus Mago-
rum quam Regum; & probabilius, quia de stella
dixerunt. Quin Strabo testatur lib. 1. Geograph.
apud Persas Magos Reges fuisse, quod & Cicero ha-
bei lib. 1. de divinatione: Deniq; illud Ps. 72, 16.
Et illud quod in hodierna Epistola Esa. 60, 3. ali-
as nō legitur ita completū, Modò hoc addatur non
esse assertionis necessitatem, sed tantum probabili-
tatem Vid. Causab. 19. adversus Baronium, Pe-
largus in quest. c. 2. Chemniius in hodierno.

Quo Tempore venerint Magi?

Eusebius in Chron. Epiphan. 1. 3. c. 20
haeres. 78. Osiander in harmonia Evangelii

Ca. Fuucius l. 4. Com. in Chron. Paulus Ebe-
rus in historia Jud. Molinæus annotat in pa-
rte 4. Unionis Evangelii: statuunt post Chri-
stum natum anno secundo Magos venisse, quia
Herodes bimulos trucidare iusserat. Verim,
probabilior opinio, quod eo ipso anno statim,
post natiuitatem venerint, quia scriptura dicit
γεννηθέντος quod de puero recens nato Heb:
11, 23. intelligendum arguit 2. Magi de re-
cens nato inquirunt apud Regem 3. eo ipso anno
mortuus Herodes. Ergo oportet eo ipso anno ve-
nisse Magos ante mortem 4. Narratio Luce o-
stendit parentes Christi post purificationem non in
Bethlehem sed Nazareth demigrasse Luc 19, 2.
Videatur Chemnitius in Harmonia & Salianus
in Historicis.

An recte translatum.

Und Sie thaten ihre Schätze auff?

Superciliosum & stultum novandi studium
Sculterum etiam hic infatuavit, dum mavult
per thesauros non intelligi die Schätze: sed po-
tius vasa, quia in Arabico ita haberetur. At
1. Arabica versio non est authentica. Secunda
ratio est nulla: ac si non omnes thesauros do-
mo deportassent in Palestinam. Quippe nec hoc
habetur, quod omnes thesauri allati & aperti:
sed ii, qui allati. Tandem vox θησαυρός signi-
ficat illud in quo aliquid repositum, ut sunt celo

le granaria, araria Pollux lib. 9. Aristot.
Oecon. 2. Unde & Phavorinus in Lex. de-
ducit ab ἤσω ponam καὶ ἀπὸ Attico futuro
fodiam, cum Epenthesi Ἰδὺ. Sed denotat &
ipsas opes Ath. lib. 6. Plutarch de Deo Socra-
lis. Lucianus etiam. Ita Latini, ut veteres tel-
lure recludit thesauros 1. Æneid. 463. &
Tice: 2. de div. Nec ineptè: nam dicitur
Ἰνὸς αὐγὸς quasi ὁ εἰς τὴν αὐγίον ἴδεται. Ideoq;
adhuc sub iudice lis est, an propriè denotetur
res, an res in theca. Posterius probat originatio
Græca; nam Græcos ab Arabibus hanc vocem
trahere non credo: quia nec ceteræ ab ipsis, nec
cognatæ hæ lingue. Et multa sunt quæ pro A-
rabibus venduntur. quæ nil minus quàm Ara-
bica sunt, uti monstravit Reinesius c. 10. de
Punica lingua 2. ipsi Græci aliud testantur. 3.
Consensus omnium Auctorum propriè pro
rebus repositis non pro loco usurpant. Rectè ergo
eranstulit Lutherus sic haben ihre Schätze auffgethan
quos scilicet offerre voluerunt secundum vatici-
nium. Esaia

AD RESPONDENTEM.

Surgere ceu molitoris opus, noctesq; diesq;
Invigilare molis ejus & esse solet.
Dicit molimus verbū, molimur; & inde jubemur
Surgere quum veniat gloria, nostra salus.

Surge, venit, Solyme, tua lux, tua gloria Christus!
Amosides clamat: Gloria surge! venit.
Nonne vides? tenebra faciem telluris obumbrat.
Caligo populos obtenebratq; tuos.
Te super ortatamen lux est & gloria Cæli,
Quin eris & tanto lumine clara satis.
Ambulat inq; tua gens omnis lampade, reges
In splendore tui luminis usq; meant.
Tolle tuos oculos hinc inde videbis ab omni
Parte tuos ad te deproperare greges.
Eminus adveniunt nati: portantur adusq;
Ad latus & nata se sociare volunt.
Quando camelorum dromadumq; repleris ubiq;
Gente, tibi Midian quam dedit, Ephra culit.
Ita vides gaudesq;, simul miraris ob ista
Cor dilatatum disfluit unda velue.
Ad te quando maris conversa potentia, quando
Copia gentis, ut & serviat ista tibi.
Omnes de Saba veniunt, tibi numerata portant
Aurum, thus, laudes concelebrantq; Dei.
Ista Magi quondam fecerunt, dixit Amosi
Natus, Matthæi pagina testis habet.
MULLERUS repetit: MULLERUS munera
donet

Christo! Ne molitor surget eritq; Magus.
ita vover

Gueinzius

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970

Th. 4968





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

6

DELICIAM
TOLICARUM
 FESTIVALIUM
exercitatio Sexta.
 PRÆSIDE
STIANO GUEINZIO
 re Gymnasij Hallensis
Respondente
ANNE MULLERO
 Hallensi Saxone
 In
sto Trium Regum
 MD. DC. XLIII.
 HALLIS-SAXONUM
Christophori Salfeldt.

